



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

Consolatio ex gloriosa Resurrectione D. N. Iesu Christi. Fructus gloriosæ  
Resurrectionis D. N. Iesu Christi: quæ etiam nostræ Resurrectionis  
certissimè futuræ causa est. lxxvij

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

CONSOLATIO EX GLORIOSA  
resurrectione D. N. Iesu Christi.

Fructus Resurrectionis D. N. Iesu Christi quæ  
etiam nostræ Resurrectionis certissimè futura  
causa est.

CAPVT  
LXVIII.

**Q**uid potest maiorem adferre pectoribus nostris  
letitiam, quàm gloriosa Domini Redemptoris  
nostri Iesu Christi Resurrectio? qua preuincatio ab-  
luta, mors absorpta in victoria, diabolus victus, inferna  
regnum destructum, iustitia & vita æterna restituta  
est per eundem Iesum Christum D. N. diuina sua po-  
tentia eluctantem & resurgentem ex mortuis: quo an-  
tore totum genus humanum resurget in nouissimo die: at  
priorum cætus perpetua letitia cum Deo in æterna Vita  
perfruentur. Nam S. Paulus Resurrectioni Christi no-

1. Cor. 15.  
1. Theff. 4.

strorum corporum resurrectionem, vt omnino certum  
& firmam annectit: qua in extremo fiet iudicio, quando  
filius Dei ex puluere terra totum genus humanum re-  
suscitabit: & ab oculis sanctorum lachrymas abstergens,  
omnem eorum tristitiam in letitiam, eiulatum in dul-  
cissimum cantum, mortem in vitam conuertet: at que il-  
los quos mors separat, rursus coniunget: eosque tali so-  
cietate copulabit, vt nunquam in omnem æternitatem  
denuo diuellantur. Hac consolatione quid dulcius esse po-  
test? Etenim Christi Resurrectio latissimum portum  
calamitatum et dolorum quos in hoc corpore sustinimus  
monstrat: & quia nostrorum resurrectionis corporum  
causa est. spem nobis facit firmissimam. fore, vt quod in  
presens tunc momentaneum & leue tribulationis nostre  
supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pædium nobis  
acquirat: non contemptantibus nobis, quæ videntur, sed  
qua no-

2. Cor. 4.

CRISTI.

RIOS A

risti qua

de future

us nostru

empioru

ucatio ab

us, infir

restitu

na sua pr

s: quo au

timo die: at

erna Vir

Christi no

ino certu

cio, quatu

manum vi

abstergen

um in diti

t: atque

que tali

ermitate

cius esse p

m portu

sustinemu

corporu

ut quod

onis nos

odus nob

dentur, se

que no

quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt.

Ac profectò non solum omnibus hominibus, verùm etiam animantibus omnibus quæ aërem inspirant, miserrimos essemus, si nihil præter hanc vitam miseris plenam nobis esset expectandum. Atqui Resurrectionis spes, ut S. Iob ait exëplar patientiæ, reposita est in sinu nostro.

1. Cor. 15.

Iob 19.

SENTENTIÆ DE RESVRRECTIONE D. N. IESV CHRISTI TRIVMPHATORIS, ex S. Scriptura collectæ.

SENTENTIA I. Osee 13.

De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua ô mors: motus tuus ero inferne.

PARACLESIS.

**H**Æc Prophetia in Christi Resurrectione completa est. Nam secundum carnem in humilitate mortuus, diuina sua potentia cum summa ex mortuis resurgens gloria, consecutus est magnificam & gloriosam victoriam, contra peccatum quod delenit: contra diabolum, cuius caput contriuit: contra mortem, quam abiecit in victoria: & infernum, quem destruxit: ut genus humanum ab his hostibus liberatum, seruiat Deo in sanctitate & iustitia coram ipso: & resuscitatum ex morte per Christum mortis victorem, perpetua lætitia sua æterna cum Deo fruatur. Eius namque victoria, nostra est: unde & nos in Resurrectione dicemus, Vbi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus? Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.

CAPVT

LXIX.

Genes. 3.

Luc. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 15.

S 2

SENTEN-